

Band VII., Nr. 2117, Seite 65

*Gerold Ungelter, Bürger in Esslingen, überlässt den Nonnen von Sirmau 2
Weinberge in Zell unter genannten Bedingungen.*

Ohne Ortsangabe, 1270. Januar 21.

Anno domini MCCLXX., XII. kalendas Februarii, ego Geroldus dictus Teloniator civis Ezzelingensis emi a sororibus in Syrmenowe ordini fratrum Predicatorum commissis vineam unam sitam in Celle continentem unum iuger et dimidium pro XXX libris Hallensium et eandem vineam cum quadam alia sita in eadem villa eiusdem continentie, cuius dominium ad me spectabat, ipsis donavi et tradidi in continenti sub hac forma, quod sorores eedem mihi dabunt annuatim pro tempore vite mee medietatem fructuum de dictis vineis suis sumptibus excultis provenientium et ego dabo ipsis quolibet anno in festo beati Martini census nomine unam libram piperis aut tres solidos Hallensium. Dicte quoque vinee post mortem meam ad ipsas libere et absque omni onere pertinebunt. Testes huius rei sunt: Marquardus scultetus in Ezzilingen, Kilso, Holzhusarius, E[berhardus] Scühelin, Truheliebus in Foro et L. filius Kunegunde iudices, H[einricus] de Grüningen¹ et Wildo et alii quam plures. In evidentiam vero huius donationis ego dictis sororibus presentem litteram contuli, prioris fratrum Predicatorum et civitatis in Ezzilingen sigillorum munimine roboratam.

Datum et actum die et anno prenotatis.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

Das Siegel der Stadt Esslingen. Das in der Urkunde erwähnte Siegel des Dominikanerpriors hing nie an; es ist nicht einmal ein Einschnitt in der Urkunde für dasselbe vorhanden, auch hängt das Stadtsiegel ziemlich genau in der Mitte.

¹Entweder Markgröningen oder Neckargröningen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Stadtarchiv Esslingen

Signatur/Titel des Originals:

KH U 5343

Regesten:

UB Esslingen, Bd. 1, Nr. 109.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Ortsindex:

Esslingen am Neckar Wohnplatz (331)

Esslingen am Neckar, ES

Markgröningen Wohnplatz (1046)

Markgröningen, LB

Neckargröningen Wohnplatz (1198)

Neckargröningen, Remseck am Neckar, LB

Sirnau Wohnplatz (347)

Sirnau, Esslingen am Neckar, ES

Zell Wohnplatz (353)

Zell, Esslingen am Neckar, ES